



Arator quidam senex in Germania, cum Episcopum, ducem...

Ungari Boemum porcum vocabant Imper. Sigismundum.

Cum Adrian. VI. Pp. constituisset urbem Romanam reformare...

Cor. Lentulus, cum quaestor publicae pecuniae vim haud...

In Anglia, qui extra matrimonium mulieribus commiserunt...

Julius II. reprehensus à familiaribus ob belli studium: An...

Deambulabat Perusinus quidam per vicum cogitabundus...

Deambulabat Perusinus quidam per vicum cogitabundus...

Deambulabat Perusinus quidam per vicum cogitabundus...

Deambulabat Perusinus quidam per vicum cogitabundus...

Deambulabat Perusinus quidam per vicum cogitabundus...

Cum in extremo 3. de Natura Deorum Cicero Dionysii...

Deambulabat Perusinus quidam per vicum cogitabundus...

igitur ille, si Ciceroi credimus, in cognomine, Deorum illo-

Agathocles Syracusanorum tyrannus de sua erga Corcyren-

Præfuit sua ætate Scipio, cognomento Nafica, cum Marco...

Julia Cæ. Augusti F. cum confici flagitiorum mirarentur...

Vespasianus Imper. maxime dicitur in deformibus lucris...

Populia Marci filia miranti cuidam, Quid esset, quapropter...

Bulus homo Italus fuit. Is cum Severus Imperator variis...

Mercator quidam uxorem suam commendans, hoc etiam...

Mercator quidam uxorem suam commendans, hoc etiam...

Mercator quidam uxorem suam commendans, hoc etiam...

Mercator quidam uxorem suam commendans, hoc etiam...

Dominus Servo nota desidia, nisi opus faceret assidue, ne...

De Gornio Buchanano Scoto poeta, & Jacobi VI. Britanniæ...

Medicorum tabernas, id est, pharmacopolia, atque etiam...

Quis ejus vacua sonoris in umbra Cultello proprius purgabat...

hinc, & Proverbium, Lippis & Tonforibus notum. Theophrastus...

Quando. Uptura. Diebus festis. Vide Tit. Saltatio scurrilis. IN SPECIE V. G. IN Concione sacra.

Vide supra, Efficientis locum, dum Concionantur. Ceroas philosophica, medica.

Diogenes Cynicus, docente Anaximandro rhetore, pernam...

Fr. Rabelsius Medicus facetissimus, cum coram Collegio Medico...

Parthis admittere concubinas post epulas non improbat...

Antiochus Epiphane Rex, cum omnes Græcos, & alios ad spectaculum...

Antiochus Epiphane Rex, cum omnes Græcos, & alios ad spectaculum...

racinoque, & libiorum. Cumque eos ad convivium vocaret...

L. Corn. Sylla nulli reiferia inter cenandum vacabat: Sed...

Curtius eques Roman. deliciis diffusus, cum macrum turdum...

Anacilus candens sulphur in calice novo, prunaque subdita...

Heliogabalus Imp. villoribus amicis folles pro acubitis sternebat...

Vide de Buchanano Titulum priorem. Calamitate.

Græci, irrupente in Græciam cum multis myriadibus Xerxe...

Cum prima tribui exactio Carthagine fieret post secundum bellum...

Volumnus mimus, & Sacculo famio capti à Bruto in campis...

Post directam ab Alarico Gotho Romam, Honorius Imp. Ravenna...

Post directam ab Alarico Gotho Romam, Honorius Imp. Ravenna...



Qui verus frivolis, & fabulosis audiendis delectantur, ad drosyā dicuntur. Confulite Tit. Scurrarum, quatenus iis delectantur alii. Huc etiam illi, qui laudes suas, vel veras, sed nulla modi, temporis, atque loci ratione habita, nimis Patienter audiunt. De quibus suo loco. Simulationis. Demosthenes, & Diogenes Auditores oscitantes ludicris excitantur. Hic quidem fono musico, teste Laert. l. 6. c. 2. Ille vero recitatione fabulæ de umbra afini, oratione de Pace. Pofidon. Apameus l. 22. Hiflor. Cæta, inquit, vel in bellum proficilentes convivas secum adducunt, quos Parasitos nominat. Hi laudes eorum, in multorum præfentia virorum, atque ad fingulos præfentem privatim, recitent. Audiuntur ab illis ii, qui Bardi dicuntur: sunt autem Poeta hi, qui laudes cantando percurrunt. Athen. l. 6. c. 5.

Pila.

De Lauro Mart. Epigram. lib. 10.

Nemo nova culcit sic inflammatus amica, Flagravit quanto Laurus amore pila. Sed qui primus erat laurus, dum floruit ætas, Nunc postquam desti ludere, Prima pila est. hoc est, homo parvæ estimationis, vel certè pannofus.

D. Augustinus l. 1. Confess. c. 9. inter pueritiæ suæ errata enumerat odium literarum, & pilæ lusum, & spectaculorum studium.

Larvis.

Infelix eorum mors fuit, qui in Patifiorum urbe, cum Carolo VI. Gallorum Rege personati, sylvestrium virorum totum villorum corpus, formas fumpferant, Regis frater, Aurelianensis Dux, accensum funale personatis admovit, ut eos diligentius intueretur. Itaq; cum flamma unius velum, quod tenui lino picellitum erat, corripuisset, & ignis ob pueri repente faviret, ab eo in alios, qui prope erant, flamma transiit, atq; ex perforatorum numero duobus tum flamma oppressis, vix ab eo periculo eripi rex potuit. Fulgof. l. 9. c. 12. & Emil. l. 9. Similem exitum Germanorum trium Comitum pete ex Tit. Exulorum.

Saltando. Scurrilis saltatio.

Bacchicam saltationem in Ponto, & Jonia tanta fuiffie voluntatis genibus illis, Lucianus scribit, ut statutis temporibus oblii omnium aliorum, desideret dies totos spectantes Titanas, Corybantes, Satyros, bubulcos. Quod verò mireris amplius, exercebat id genus nobiliffimi quippe, ac civitatum maxime principes, ad præcipuum id opinati gloriam spectare. Dicat inde Italicas Carnisprivi debacchationes prorepiffie. Cælius l. 5. c. 4. Antiq. l. 8.

Dæris Sanius l. 7. Hifloriar. scriptum reliquit, Perfarum Regem femel in anno saltare confueviffe, idque temulentum, quo die sacra Deo suo, quem Mithrum vocabant, faceret. Reti fanè & saltatio, & ebrietas conveniebat regi illi, eo potiffimum die. Vascones enim Mithrum afinum appellant. Ea die tota præterea Asia nulli omnium idem facere fas erat. Scalig. l. 1. Poeticæ. l. 18.

Hippocleides Atheniensis, proculus filia Clifthenis Sicyoniom tyranii, nimum scurrilis saltator, saltatione sua matrimonio Agariffie excidit. Herod. l. 6.

Philippus Macedonia Rex, recenti exultans victoria ad Chæroneam de Græcis parva, & vino gravis cadaveribus infultans, initium cecinit Demosthenis plebificti, ad pedem atollens vocem, & supplodens: Demosthenes Demosthenis sic censuit Peanienfis.

D. Discuffa verò crapula, cum magnitudinem secum reputasset propofiti periculi, horror cum peritinxit eloquentie, & nervorum illius oratoris: qui diei momento unius, aleam ipsum jaceret de imperio, & vita compuliffet. Put. in Demofth.

C. Jul. Cæfar ludis, Futius Leptinus ftripe pratoria, & Q. Calpenus fenator quondam, actorque caufarum, Pyrrhicam saltaverunt. Dion.

D. Cæfar Caligula, Thrax, & auriga, idem cantor, atque saltator, barubet pugnatoris armis. Aurigabat extracto plurifariam circo. Canendi, ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quò minus, & tragædo pronuntians concineret, & gestum hiftrionis quasi laudans, vel corrigens palam effingeret. Nec alia caufa videtur e die, quo perit, pervigilium indixiffe, quam ut initium in scenam prodeundi licentia temporis aufpicaretur. Saltabat autem nonnunquam etiam noctu. Et quondam tres confules

secunda vigilia in palatium accitos; multa, & extrema mentes, super pulpitem collocavit. Deinde repente magno tibiaturum, & scabellorum crepitu, cum palla, tunicaque talari profiliuit, ac defaltato cantico abijt. Atque hic tam docilis ad cætera, nature nescivit. Sueton.

In pago ditiosis Magdeburgensis Colbea, anno Salutis humanæ m. xli. Othoperdus quidam, cum quindecim viris, & tribus feminis in cœmeterio D. Magni inter Miffarum foemmia prophanas cantiones vociferari, & choreas ducere in vigilia Natalis Domini nocturna cœpir. Qui cum focis, propter contumacem perseverantiam, & presbytero Roberto excommunicatus, totum annum in saltu, & cantu ita perseveravit, ne pluvia, frigus, calor, fitis, fames, lassitudo eos afficeret, neque vestimenta eorum contererentur: sed ad femora usque in terram demersi sunt. Quidam foretem suam ex chorea trahere nisus, brachium ipsi evulfit, quæ anno revoluta, cum aliis expiravit: Reliqui omnes tribus noctibus continue dormierunt, quorum alii postea obiierunt, alii vero tremore membrorum testimonium rei adæ perhibuerunt. Liberati autem sunt precibus Epifcoporum, Colonienfis, Moguntini, Hildesheimensis, & aliorum pitorum. Vincent. l. 25. c. 1. & Guilielmo Hermano Schedel. Crantz. in Saxonia. l. 4. c. 33. Chron. Saxoniae, Naucleus Vol. 2. Gener. 34.

Cum Clementis summi Pontificis tempore in urbe Trajecto juvenes, puellæ, viri, femine, choreas ducerent in ponte frequentes, dum sacramentum venerab. Eucharif. deferretur. Illi cum in furore pergentes faltarent, repente fracto ponte ferè 60. homines perierunt. Crantz. l. 8. c. 39. Metropoles.

Ludovicos Magdeburgensis, circa anni Christi MCCCLXXVI. ipsis Bacchanalibus choreas infuturac, homo gravis ætate, sed moribus leviffimis. In ipfo palatio incendium oritur, nemo illud restinguere, oannes fugere, non fecus ac fi cœlitus immiffa effet flamma, mole quidem exigua, quam vel puer extinxiffet, verum terrore maxima. Ergo dum per scalas lapideas confertim finguli evadere conantur, Ludovicus, ut inane metum popularium repimeret, turbæ sese immifcit, cumque nec progredi, nec regredi liceret, ruina scæla, tantam molem non sustinentis, cum 600. hominibus utriusque sexus in subjectam aream præcipitatus, cum tribus aliis postero die perijt, cæteris miraculose è tanto servatis periculo. Crantz. lib. 10. c. 23. Metropoles.

Aurigando. Equitando.

Nero Cæfar equorum studio, vel præcipue ab ineunte ætate flagravir: plurimisque illi sermo, quamquam veteretur, de Circensibus erat. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sepius voluit: postiq; in hortis inter frivitia, & fordidam plebem rudimento, univerforum fe oculus in circo maximo præbuit aliquo liberto mitente mappam, unde magifftratus solent. Aurigavit plurifariam, Olympis verò etiam decemagium, quamvis idiplum in rege Mithridate cærmine quodam fuo reprehendisset. Sed excelsus curra, ac rursus repositus, cum perdurante non posset, destitit ante decursum: nec eo secius coronatus est. Decedens deinde, provinciam univerfam Achajam libertate donavit: simulque iudices civitate Romana, & pecunia grandi. Quæ beneficia è medio stadio lithmorum die sua ipse voce pronuntiavit. Sueton.

Michael Imper. cum quodam tempore in curru confedisset, jamque equi essent carceribus emittendi, nunciis allatus fuit ab Amere Saracano præfecto, Melitencz imminere magnum malum. Cum nunciium protonotarius moestus Imperatori indicat, simul literas Domestici fcholaram exhibens. Tum Imperator torvo vultu: Quomodo, inquit, ausus es, scelestè, me tam necessario certamine occupato, istis rebus, inturru. Hbare? cum in hoc unum incumberem, ut eum qui medium tenet, in lævam partem avertam, de quo mihi totum hoc certamen est. Cedrenus.

Venando.

Rifu dignum, quod de Domitiano Principe proditum est memorie, qui in secreto muscas stylo confegabat. Inde jocandi materiam nactus Vibius Crispus aulicorum unusrogatus, an cum principe esset aliquis? Nec musca quidem, respondit. Sab. l. 2. c. 9. ex Sueton. & Europ. l. 9. c. 3.

Romani Lacapeni F. natu minimus Theophylactus, Tryphone, & Cæsarientis Patriarchæ dolo dignitate sua exuto, sede Constantinopolitana potuit, annum ætatis decimum sextum vix egreffus, & pædagogorum jugo excelfo, multa

multa præter decorum fecit. Equi, canes, inprimis ipsi curra erant. Cum aliquando inter facta ei nunciaretur: generosiorum illum, quam præ cæteris amaret, equam pullum enixam esse: propter antero divino peracto officio, visendi gratia è templo discessit: & vivo pullo, in templum, seclum sanctæ passionis Servatoris peracturus, redijt. Mortis caufa ei fuit equitatio: qua cum audaciffimè uteretur, alio corpore, sanguinem per os reject. Unde cum biennium ægrocasset, ex qua intercutè obiit, cura Ecclesiæ annis viginti tribus præfedit, anno 12. imperij Constantini, Leonis filii. Zonar. Tom. 3.

Ludovicus XI. Gallorum Rex, cum æger venationi, cui affueverat, dare operam amplius non posset, per conclavia, in quibus morabatur, in mures immittere catellos solebat, atque adversus papillones aviculi utebatur, pro aquilis, quas nunc falcones appellamus. Fulgof. lib. 8. c. 8. & Egnar. lib. 5. cap. eod.

Sagittando.

Domitianus sagittando scientiffimus, ut qui centenas uno die ferneret feras, quarum capita ite de industria præfigeret, ut agitatæ utrinque affixæ cornuum speciem præberent procul spectantibus: simul & innocuas sagittas, ad artis ostentationem, per omnia digitorum expansæ manus transiret intervalla.

Sab. l. 4. Ean. 7.

OFFICIA QUORUM ERGA ALIUM. SIC SCURRILITER, PETULANTER IMPERANT, COGUNT.

HELIOGABALUS jocabatur ita cum servis, ut eos juberet miliena pondò sibi arcarum deferre, propofito præmio: collegitque dicitur decem millia pondò arcarum, dicens, & hinc intelligendum, quam magna esset Roma. Lamprid.

Mutuam offerunt.

CANDIE Dux apud Catalunos, habuit scrinia aureis, argenteisq; pro regionum diversitate numifmatibus referta, & quidem malle cuneata, non avaritie modò, sed lustus, ac contumelia gratia: Hospites enim, qui permulti ad eum divertebant, sciscitabantur, Cujusnam generis pecunia indigerent? Respondentes, ejus generis, ut in quam quisq; provinciam iter haberet, adducebat ad scrinia, & quantum vellent, capere jubebat: frustra q; conantes capere deridebat. Et hoc sibi de amicis jocos comparabat, novo genere difsimulanda avaritie, iactandamurum que opum. Vala. l. 3. Hifl.

Oculantur.

RÉOPOLPHUS Imp. fenio confectus, & tæbe correptus, solebat baronium, ac nobilium, vocatimq; uxores, filias, & puellas sepe ad convivium vocare, & maris etiam præfentibus eas excufculari, dicens: Se non posse præfentium invenire remedium, quo corpus vegetius redderetur, quam animas virginum dulces, & suavolentes. Cufp.

Verberant.

Injuria quælibet ridicula, nullo alio quam latr. jocique nomine infiruta, bus est loci, Petulantia Latinis dicta.

ALCIBIADES Hipponico Gallia patri, cui divitiæ, & nobilitas ingens nomen, & opes conciliaverant, inflixit colaphum, nulla ipse quidem incensurata, vel similitate, sed cum per lusum id constitiffet, cum fodaliibus. Et proaervia per civitatem divulgata, cum omnes Hipponici injuria merito commoveret, principio accessit ad Hipponici aedes, pulsatisq; foribus adijt illum, postquam veste corpus ei flagellandum obtulit, atque multandum: qui deposita ira ignovit ei, & postmodum dedit ei nuptifilium Hipparent. Plus. in ejus vita.

L. Netatius Romanus adolescens, cum ex lege 12. Tabularum ei, qui os hominis liberi depalmaffet, multa 25. affium constituta esset, per urbem incedens, obvios sine discrimine depalmebat, servo comite crumenam affium plenam portante. Gellius.

Affligunt.

HELIOGABALUS Cæfar parasitos ad rotam aquariam ligabat, cum vertigine sub aquas mittebat, rursusq; in summum revolvebat: eosque Ixionios amicos vocabat. Lampridius in Helioab.

Miniftrant.

Vir nobilis, cum miniftri abessent, inter prædandum juffit quendam suum concubernalem sibi venum facere. At ille, Nefcio id vestro more. Ergo tuo modò facito, inquit, igitur ille, elato dextro crure, ventris crepitum cadit. Eo pacto se ventum facere solere, dicens: Paggus in Facetis. L. B. Théatr. vitæ Ham. Tom. VII.

Subministrent.

HELIOGABALUS sepe amicos suos cum Æthiopiis aniculis inclufit nocturnis mansionibus, & usq; ad lucem detinuit, cum pulcherrimis his diceret apparatus. Lamprid.

Mutilant, vel

Caudam.

STROBENSES Angli, D. Thomam Cantuariensem Archiepifcopum iridentes, caudam equi, cui infidebat, amputarunt. At postea nutu Dei ita cecidit, ut omnes ex eo hominum genere, qui id facinus feciffent, nati sunt inftar brutorum caudati. Pe. l. 4. lib. 3.

Vestimenta.

Tonfor MATHIÆ Corvini Hungariæ Regis, scurriliter miniftris Aragonii Cardinalis, affinis ejus, posteriores vestium partes mutilavit. Cumque rogatus causam ridens eam regi exposuiffet: rex ei labra, ac nafum defecuit, eaque in lance defertijuffit. Ut qui riferat in maleficis, semper exeris dentibus; etiam cum deret, ridere videretur. Fulgof. l. 6. c. 3.

Imitantur, Effingunt.

Hac ex Tit. inhumanitatis quo ad Vestium, quædam Corporis vitia.

SEJANUS in collegam à Tiberio Cæfare ascitus, cum extolleret fe supra Cæfarem, multa in odium, atque contemptum Tiberij fecit: in ejus contumeliam etiam per calvos homines præbuit spectaculum usq; ad vesperam: erat enim Tiberius calvus. Præterea abentibus à theatro, à quinque milibus pueroorum, qui omnes rati erant, lumina præferri curavit: Dion. Nicæus in Tiberio.

PATITUR JOCOS, ET SCOMMATATUR.

Aliorum inhonesta ferre.

Exempla quædam è præcedentibus Titulis desumpta sunt. Ipe aliqui Tolerantia horum, respectu Træ, ad Indulgentiam: respectu veritatis, ad Mendacium referri debet. Hic loci solius habetur ratio.

SCURRILITATIS FORMA RESPECTU ALIORUM. VEL

ABSQUE CERTAMINE QUATENUS ALIORUM

URBANITATEM RUSTICITATIS NOMINE TRADUCIT.

SCURRILITATEM URBANITATIS NOMINE dignatur, amat, fovet, non reprehendit.

Hiftrionum, Morionum, Mimorum.

Theopompus l. 19. Rerum Philippicarum scribit, Regem Philippum adulatores apud fe semper habuiffie, quibuscum ob baciatem, scurrilitemque multum temporis absumebat, idq; sapiffimè, vel eum de summa rerum consularet. Hac de illo Hegelander etiam Delphus narrat, quòd Diomeis in Herculis templo congregatis ridicula dicentibus multum pecunie misiffi, juffitque, ut ad ipsum ridicula à fe dicta fingula scripta mitterent. Theopom. l. 28. Hifloriar. Cùm Philippus, ait, Hestialos prodigos esse cognoviffet, atque omnino intemperantes, eorum conventus statuit, artibusque omnibus illis placere studijt. Nam & tripudiabat, & lascivebat, omniaque præter modum patiebatur. Erat etiam ex natura ferua, fingulique diebus ebrius, iisque studiis gaudebat, quæ ad hoc tendunt, vifitque facietis appellatis ridiculis dicentibus, ac facientibus: plures ex Hestialis, qui cum illo verfabantur, congestissibus magis capiebat, quam lægionibus. His similia faciebat, & Dionyfius Syculus, sicut Eubulus Comicus in actu ejusdem nominis, cum tyranno scribit. Athen. l. 6. c. 6.

Nicol. l. 27. L. CORN. Syllam scribit, Romanorum ducent, usq; ad 60. mimos, & morionibus gaudere solitum, cum jocosa amaret, ut multa telluris jugera illis ex publico concesserit, Testantur illius hilaritatem comædia Satyrice, quæ ab illo patrio idiomate editæ fuerunt. Hifl. Athen. lib. 6. c. 6. Sex. Clodio Sculo, oratori, ingens congiarium dedisse arguitur in Philippicis à Cic.

Athico Scotorum Rex, primo octennio optimus, post av...

Leo X. Pp. mire fuit Poggio feni, Poggi historici filio...

C. Caligula Caesar Praefina factioni ita addidit, & dedit...

Caesarem Vitellium, scribit Sueton, quosdam de plebe ob id...

Apud Sybaritas homunculi quidam parvi, ac Scopel, ut...

Tyrinthii, cum philogeli essent, ad oraculum confugere...

C. Jul. Caf. cum Peregrinos forte quosdam vidisset...

CUM CERTAMINE. SCURRILITATIS certamina, secundum...

Dicta. RETORQUENDO SCOMMATA facta scurriliter...

Vetula quaedam Corinthia Stratonium eitharedum face...

gavit. Et illa, Demior, respondit, matrem decem te mensibus...

—prior Sarmenus, Equi te esse feri similem dico, Ridemus, & ipse Messius...

Acres procurant, magnum spectaculum uterque Persus...

Venatum Uladislau II. Polonorum Princeps & Petrus Danus...

Joannes Teutonius, magni nominis olim, sed illegitimo thoro...

Adolefcens quispian Florentinus deferebat ad Armi fluvium...

capiam matrem tuam, Eveftigio alter: Heus tu, inquit, defec...

Namburgie Thuringie Jureconf, quidam avarus CHRISOPHONEM...

DIogeni super cenam quidem obiciebant ofsa, velut cant, quod...

SCURRILITATIS FRUCTUS BONUS. Puta.

VITAE CORRECTIO.

Suenonem quendam ex Norvegia oriundum Sueno II. Danorum...

MALUS. Cujusmodi est. MORS.

Cum TELESPHORUS unus ex Lyfimachi Regis primatibus in...

SORTAES Cretenfis Poeta, cinedologus foediffimus, cum de...

THEOCRITUS Chiusi sophista, Regem Macedonem Antigonom...

DIONYSIO Sicilia tyranno amplius fructante, ubi terrarum ex...

Cum Tiberius Caesar ab Augusto legata populo non im-

pleret: & forte coram eo mortuus ad sepulcrum efferretur...

Cum Uladislau &c. Vide paulo ante de Uladislau.

Repulsa dignitatis. P. SCIPIO Nafica, togatae potentiae clarum lumen, is qui...

Repulsa conjugii. Notum est, quod refert Herodorus de HIPPOCLIDE, qui...

Odium. Cum Graecis eduxisset ALEXANDER, ut vestes purpureas...

Orbis excidium. SYLLA infensus fuit ATHENIENSIBUS ob dicta plus...

Regni excidium. Venerat RODULPHI, Herulorum ex Italia pulforum...

Scytharum Legislatores. Secretarii. Quare Scriptorum differentia, in loco de...

Scytharum Legislatores. Secretarii.

Quare Scriptorum differentia, in loco de Scriptione.

\* Se.

\* Securitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SECURITAS, quam *ἀσφάλεια* Græci vocant, est perfecta animi quies à timore. Thom. 2. 2. q. 129. art. 7. & deducitur ex eo quod sit sine cura five securum à cura. Vide pro tranquillitate accipitur, & quiete, estque quædam perfectio fidentie, excludens timorem, & anxiam curam.

VERA IN QUOSITA.

SENTENTIE ET APOPTHEGMATA.

O vita secuta ! ubi absque formidine mors expectatur, immo & exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum devotione. Bern. ad milites templi.

Nuquam est securitas, fratres, nec in celo, nec in paradiso, multo minus in mundo. In celo, enim cecidit Angelus sub præsentia divinitatis: in Paradiso Adam de loco voluptatis: in mundo Judas de scola Salvatoris. in serm.

Nihil potest esse securius, quam illa omnia committere, qui novit suis cultoribus congrue profutura præstare. Cass. in Pl. 72.

Securitas est, incommoditates imminentes, & rei inchoate fines non formidare. Cic. in Rhet.

Securitas magna portio est, nihil iniquè facere: confusam vitam, & perturbatam potentens agere, tantum metuunt, quantum nocent. Senec. 16. epist.

In ipsa securitate animus ad difficilia se præparet, ut contra injuriam fortunæ inter beneficia firmetur. Epist. 23.

SOCRATES interrogatus, qui securè viverent? Qui, inquit, nihil sibi concipiunt mali, Aut. in Max. serm. de curiosi.

EVAGRIUS, Præfari, inquit, in fidele securè agere, quam in lecto aureo perturbari. ibid.

PYRRHO, in temperate conspicisci ceteros animo esse dejectos, cum ipse nihil moveretur: ostendit porcellum in navis viscere degentem, di cens oportere, sapientem cum animantis similitudine securum. Laert. 1. 9.

Bron dicitur folebat, impietatem malam esse contubernalcm fiducie, & adiecit vericulum Euripidis:

Securum facit quamvis feroculum virum.

Sensit autè Philolophus clarissimus, nullam omnino securitatem habere locum, ubi malè fana sit conscientia: non aperte posse loqui, cui revera impietas vitium potest oblici: nec truci tranquillitate animi, qui deos sibi non habeat propitios.

C. Laert. lib. 4. c. 7.

Vide Otium, Quies, Vita.

Seditio.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SEDITIO est, cum populo discordante itur ad manus, ideòque illius proprietatem à disensione civium dictam vult Cicero 16. de Repub. qualem Virgil. 1. 2. Æneid. describit:

Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est Seditio, levitque animis ignobile vulgus,

Jamque faces ipsa saxa volant, furor arma ministrat.

Alioquin ubiqueque multitudo est hominum, ibi seditio vorari potest adversus Duces, Magistratus, cum ama capiendo, xum imperium detractando. Dictam autem volunt Grammatici seditioem à seorsim dando, vel ut placet Cicero, à seorsim eundo. Differet à factione, quod illa sit divisio civium in diversa studia, unde factiosos dicimus, qui primates civitatis discordantes sectantur. Hinc Cicero, inter bonos amicitia, inter malos factio est. Græcis *στάσις* seditio dicitur ab *στάσις* quatenus significat attollere, erigere se contra leges, & superiores.

\* ORIGO, ET CAUSÆ VARIE.

Seditioem movet incuria, & desideria eorum, qui civili societati præsumt. Fr. Patric. de sepub. 16. c. 5.

Seditioes in Republica maxime moventur, quia alii pares esse volunt iis, qui plus possunt, & nisi hoc fit, non acquiescunt: alii, se præstare dignos putantes iendign ferunt, nisi plus habent. Idem. ibid.

Seditioinis initia septem sunt, vel propter lucrum, vel propter honorem, non ut acquirant, sed quia vident alios partim injustè plus habere, propter contumeliam, propter metum, propter impotentiam, propter contemptum, propter incrementorum excessum, & pusillanimitatem, propter imparitatem. Arist. Pol. 5. c. 2.

Seditio fit propter metum, cum qui potius formidant ob maleficia commissis, contra Rempl. insurgunt. Idem. E. Pol. 5. c. 3.

Seditio fit propter impotentiam, cum major sit, & potentior, vel unus plures, quam secundum Reip. dignitatem, & potentiam, & ex talibus fit unus quædam violenta. Id. ibid.

Fit quoque propter contemptum, ut in paucorum potentia, cum plures sunt illi, qui à Reipub. excluduntur, potentiores enim se putant in populari statu opulentos, contentantes in ordinationes, & incuriam, qui gubernant. Idem. ibid.

Seditio fit etiam per fortunam, cum ex bello magna pars civium extenuata sit, & debet alia subrogari. Idem. ibid.

\* SEDITIO, CIVILI BELLO AGITATIS,

CIVITATIBUS, CIVILI BELLO AGITATIS,

luculenta descriptio.

Græciæ urbibus acciderunt multa, atque atrocia in seditioibus, que solent fieri, & sent semper, donec eadem erit hominum natura, magis, aut minus crudelis, & varia, ut mutationum circumstantiæ erunt. Nam in pace, & rebus secundis universæ civitates, & privati homines mentes habens saniores. Quia non cogit necessitas querere vite præsidia malis modis: sed bellum copiam quotidianam victus subtrahens, violentus magister est, ut ad præsentem occasionem multorum impetus incitat. Itaque civitates seditioem plene erant, & posteriora, cum prius facta audirentur; superabat illi novitate consiliorum, cum in excoegicandis viribus opprimendi alios, tum in pœnarum crudelitate. Uligata rerum nomina permutabantur. Prætextus causæ, furiosa temeritas nominabatur fortitudo focii fidelis: considerata cunctatio nominabatur timiditas exultatio, modestia ignavia velamentum: circumfpectio in universum fegnitates dicebatur: præceps audacia genositas: ex tuto velle invadere, tergiversatio accendens odia, fidelis: contradicens, suspensus: cui insidia successerant astutus, qui sibi insidias frui ferentur, adhuc astutior: qui nolbat esse in partibus: distulior fociorum, & adversarios formidans: quisque alterum antevertisset in laudando, laudabatur: sic etiam quid consilium dederat non cogitanti. Cognati minus familiare erant aliis conjuratis, quia hi promptiores videbantur ad quoslibet impetus sine executione. Non enim coibant talia fœdalia legitime utilitatis causa: sed contra legem, injusta cupiditate, & inter se fideles erant, non jure divino, sed fœderate scelertum, & qui bene dicebantur ab adversariis accipiebant, non ingenuitate, sed metu, cum ipsis proderat. Gratus erat ulcisci eum, qui injuriam fecisset, quam nulla iniuria esse affectum. Juramenta induciarum propter præsentem periculum facta valebant, quia nulla alia præsidia erant, sed cum altera pars sibi confidebat, fidens adversarios non munitos esse, dulcibus erat deceptis spe induciarum nocere, quam aperte aliquid movere idque dicebatur esse tutius, & victoria fraudulenta sapientia laudem referebat.

Improbi nominabantur industrii, boni, hebetes: quorum alterum probrum erat, alterum gloriosum. Horum omnium causa erat cupiditas injustæ potentie, & dominationis: inde contentiones inter patres oriebantur. Nam potentiores civitatibus utrinque honesto nomine, alteri statum popularem, alteri autogitatem Senatoriam tribuentes: verbis quidem de Republica certabant, sed reipsa, tanta erat acerbitas odiorum, ut alii alios penitus delere conarentur, & in pœnis finem statuiebant, non justitiam, aut utilitatem civitatis, sed potius suam utriusque voluptatem, seu in condemnatione per injusta suffragia, seu in victoria vi oppressis adversariis, amulationis, & cupiditati contentiones motem gerentes. Ita neutris cura erat pietas: sed qui honesto colore aliquid lucri adempti erant, laudabantur. Hi Medii cives ab utraque actione perdebantur, partim quod non tulissent illis, aut istis, partim invidia, quod hæcenus fuissent incolentes. Ad hoc propter seditioes in universa Græciæ omne genus scelertum exiit: Simplicitas consiliorum, que maxime est in bonis naturis, cum nisu explodebatur: sed distidende sese, observare alios, & omnia suspicose depravare sapientia erat. Nulla enim oratio firma, neque juramentum erat, quod ad reconciliationem profectet. Quia enim astute ratiocinabantur, nullam pacem firmam fore, prospicere malebant, ne quid parerentur, quam aliis confidere. Ac stulti saepe erant superiores, qui cum metuerent insidias, & timere fore, ut astuta anteverterentur, ipsi priores audacter vin inferabant. Sapientiores vero etiam si pericula prævidebant, tamen quia existimabant non vitanda esse, que possent consilio obtineri, imparati opprimiebantur. Thucyd. 1. 3.

\* APOPH-

\* APOPTHEGMATA.

DEMOCRITUS seditioem inter se invicem utrinque nocere dicebat. Etenim tum victoribus, tum victis pernicies est equalis. Stob. serm. 41.

PLATO remedium adversus seditioem illud esse dicebat, ut nec extrema in aliquibus civium inopia sit, nec ingentes divitiæ. Idem. ibid.

SEDITIOES. TUMULTUS. TUM

Populares, urbanae seditioes.

DATHAN, & AMIRAM, Eliab F. & On Phelathi F. Rubenitarum, una cum 250. ISRAELITIS viris primariis, ob magistratus administrationem in solitudine Pharam contra Moysen conjurant. Eoque nomine rupta terra vivi cum tentoriis absorpti fuerunt: cæteris igni celesti absumptis. Num. 16.

DEMETRIUS argentiarius EPHESIORUM Princeps, seditioem populi movit contra Paulum, & Apolos, Christum annunciantes, & Diane, ex qua ipsi quæstum faciebant, idololatram condemnantes. Act. 19.

Cum SPARTANI à Lycurgi legibus deflexissent, Rex Agis Eudamide F. non tam populi studio, quam ut vetera instituta, quantum ejus fieri posset, reduceret, per Ephorum Lyfandrum novas tabulas, ut oberatis æs alienum remitteretur, & agrariam legem de partitione agrorum promulgavit: agros suos primum in medio posuit, & pecunia signata DC. talenta, subfidit loco. Cui cum alter Rex Leonidas Cleonymi F. nobilitum studio suffulset, resisteret, & uno suffragio superior rhetram abrogasset: accusatus de eo, quod ex muliere alienigena liberus futulisset, regno dejectus, eique Cleombrotus gener substitutus fuit. Ejecto Leonida, Agidis consilium de emendanda Reipub. ad felicem exitum productum fuisse. Verum Agis filius Ephorus sua avaritia omnia evertit. Cum enim possideret latifundium, & uberrimum agrum, ære autem alieno multo demeritus esset, quia non erat solvendo, neque dimittere inducebatur in animum agrum, perfunctus Agidi, si utrumque pariter tentaretur, magnum in civitate exorturum motum: quod si novis tabulis ante delimiti locupletes forent, facile eos, & placide accepturos legem agrariam. Idem Lyfandro, qui item seductus ab Agis filio fuit visum. Ita congestis in forum debitorum syngraphas, quas Claria appellavit, omnes coacturas concretaverunt. Sublata flamma pecunio, & feneratoribus, qui ibi deambulabant, digressit. At Agis filius, quasi illudens illis, negavit claris se lumen, vel ignem lucidiorum vidisse. Postulante plebe, ut ager quoque consecrati divideretur, imperantibusque hoc Regibus, semper Agis filius obstacula aliqua interponendo, & causando, tempus protrahere: quoad proficiscentem Agidi ad bellum fuit, cum accivisset loci Achæi Lacedæmonæ auxilia. Ad eo reversis, cum interim Agis filius a nullo quæstu abstinere, Leonidas ex Tegea ad regnum revocatus esset. Agis ad chalcidicum confugit: Cleombrotus in æde Neptuni supplex sedet, quem Leonidas armis sepelit, graviter ei succensens, quod gener struxisset sibi. Intercedente auro Chelonide filia, Cleombroti uxore, in exilium cum eicere satis habuit, Agidem paulo post in carcere strangulavit. Jam vero cum Leonidas Cleomeni filio Agiatidem, vel invitam nuptui dedisset, uxoris familiaritate motus Cleomenes, Agidis consilia commendantis, Ephotos tyrannidem exercebentes contra ipsos Reges sustulit, æs alienum remisit, agros ex æquo partiti sunt. Et sic, quod vivus non poterat Agis, mortuus per uxorem impetravit, ut æqualitas à Lycurgo instituta reduceretur. Plur. in Agide.

Apud NAXIOS locupletes quidem plerique urbem habitabant, cæteri vero sparsi per vicus agebant. In quodam itaque vico, cui nomen Lestada, Telegoras habitabat prædives, ac nobilis, multaque apud plebem auctoritatis: cum alii complures honores habebantur, tum præcipue numeribus quotidianis civium honorabatur, adeo ut qui vendebat, si quis minoris liceret, quam vellent, dicere soliti sint, se male donare Telegora: quam tanti viderent. Quidam igitur adolescentens cum piscem ingentem licitarent, ac piscator ex more diceret, se male Telegora dono mittere, quom tanti venderet: molestè ferentes eadem audire titulos, simulata benevolentia ad Telegoram adduxerunt emptum piscem. Quem cum libenter accepisset, tum ipsum adorti sunt, tum filias jam nobiles constitutarunt. Quod factum indignè ferentes Naxii, arreptis armis invadere conati sunt adolescentens: tantaque hinc orta seditio, ut Lygdamis hujus tumultus præfectus, post arrepta tyrannide, patriam oppresisset. Aristot. in Repub. apud Athen. lib. 8.

MEGARENSIS tyranno expulso Theagene rempublicam paulisper in magna moderatione texere. Inde cum affatim Emetan libertatem eis concionatores propinarent: semel protervi cum aliis egerunt cum locupletibus proterve, tum ingressi domum ad eos, convivia, & cænas lautas poscebant: que, nisi præberentur, violentè, & contumeliose omnes accipiebant. Denique lege lata usuras, quas intulerant, repetierunt à feneratoribus: quod factum Palintocum dixere. Plur. in quest. Græcis.

Quo tempore SPARTANI Leuctrica calamitate à Thebanis affecti sunt, in ARGIVORUM urbe tanta seditio, & cædes orta est, quanta apud reliquos Græcos nunquam fuisse memoratur. Dicta est hæc factio Scyralismus, id nominis sortita à cædis ratione, & modo. Causa tumultus hæc exitit. Cum Argivorum Respub. per populi potestatem regeatur, & aliqui ex oratoribus plebem concitarent adversus eos, qui potentia, gloriaque excelleret, accusati conspirabant ad opprimendum plebem: cumque aliqui, qui cum his facere putabantur, in quaestionibus examinarentur, cæteri tormentorum cruciatum perhorrescentes, ipsi sibi mortem conficere. Quodam autem tempore unus in quaestionibus confessus esset, ut sibi fides haberetur, & prodens triginta spectatissimos viros, reos fecit. F. Populus acularos morte multavit, & eorum bona publicavit. Cum verò plurimi essent in suspitione, & oratores fictis criminationibus eam juvarent, in tantum ferocit plebs, ut omnes quicumque in crimen vocarentur, quamvis multos, & locupletissimos homines, morti adjudicaret. Interfectis deinde potentioribus viris plus duobus millibus, & ducentis, timentes oratores, ne sibi inopinatum aliquod malum accideret, accusandi studium deseruere. Plebs se derelinqui ad eis existimans, omnes eos capitis supplicio affectit. Inde ad pristinam benevolentiam reversi sunt. Diodor. lib. 15.

Victis ad Anienem Gallis, Dictatore CAMILLO, contentio supererat atrocior civilis adversus plebem. Nam victoria ferrox Pop. Rom. magna vi instabat, ut alter consul præter confectum modum crearetur ex plebe. Quæ rogatio aliquot annis duraverat, itaque nulli consules, sed Tribuni potestatis consulari crearentur. Ei opponere senatus se, neque permittebat, ut dictatura abdicaret se Camillus, quò suo nobilitatis auctoritate, & summo ejus imperio tutaretur commodius. In senatu cum magnam alterationem excitasset pugnantis sententia, vicit tamen lenior, que concedebat, plebi, per-

mittetque alterum consulem ex popularibus creare. Hoc senatusconsultum cum dictator pro concione pronunciasset, illico plebs haud immerito læta, est senatu reconciliata, Camillumque ingenti plausu, & favore deduxit domum. Is comitiis habitis, consules creavit ex patriciis M. vel L. Amilium Mamercum, L. Sextium, de plebe primum. Plur. in Camillo, & Livio.

LICINIO STOLONE ingentem in urbe concitante tumultum (nam plebs ROMANA insurgerebat adversus patres, ut duorum consulum, qui quotannis designarentur, alter ex suo corpore crearetur, non patricio ambo) tribuni militum creati sunt: comitia consularia impedivit plebs. Cum res magistratibus non creatis ad gravioem spectaret motum, Camillus quartum dictator à senatu, plebe invita, creatus est. At five alterum exilium, & damnationem veritus, ut ætate jam gravi, & tantis rebus gestis indignam, five tantæ plebis procellæ, & pertinaci impetu, tunc quidem domum se recepit. In sequentibus diebus causatus valitudinem, abdicavit se dictatura. Senatu alium dictatorem creavit. Qui magistro equitum dicto ipso seditio-

ni duce Stolone, legem maxime adversam nobilitati (qua H cautum est, ne quis plus quinquaginta jugera agri possideret, permisit perrogari. In præsentia quidem Stolone plebiscito victor magnificus, paulo post convictus tenere modum agri, quem cæteris interdixerat, sua ipse lege multatus est. Plur. in Camillo.

POP. ROM. agrum suburbanum, quem bello paraverat, partim venderat sub hasta, partim publicum fecerat. Eum inopibus, & tenuioribus civibus sub exigua pensione, quam arario ferrent, locabant. Ut autem pecuniosi mercedem intendere, & pauperes coæperunt summovere: lex lata est, quæ vituit ne quis plus quingentis jugeribus agri possideret. Frænavit aliquandiu hæc sanctio cupiditatem opulentorum, sublevavit egenos: qui locata retinebant, fruebanturque sorte, quam quique à primo acceperat. Post per appositas personas transferentibus conductiones in se opulentis, ac denique pro palam jam suo nomine plerasque detinentibus, expulsi pauperes, neque ad militiam se præstabant alacres, abieciabantque educandorum curam liberorum: unde brevi Italia infrequentia laboravit omnis